



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

In Festo S. Matthiæ Apostoli. De Euangelio festi: Matt. 11. vide 1 part.  
medit. hebd. 20. post Trinit. med 5.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

2. Febr.

In festo Purificationis, vide ibid. heb. 4.  
post Epiphaniam medit. 2. & 3.

24. Febr. In Festo S. Matthiae Apostoli.

De Evangelio festi: Matt. 11. vide 1. part.  
medit. heb. 20. post Trinit. medit.

De vita S. Matthiae Apostoli.

I. Expende admirandam diuinæ  
lectionis abyssum in Matthia in  
locum Iudæ proditoris subrogando,  
quem uti ab æterno ad duodecimum  
Apostolici culminis thronum olim in  
cœlo possidendum elegit is, de quo  
scriptum: *Sortes mittuntur in finum, sed  
a Domino temperantur*, ita in tempore  
eidem, cum inter ipsum & Barabam  
per sortem missam diuinæ suæ volun-  
tatis indicium exquireretur, e cœlo  
suffragium tulit: *Nam cecidit fors super  
Matthiam, et annumeratus est cum unde-  
decim Apostolis.* O quanta gratia sic grati-  
tis ab æterno eligi, sic gratis in tempo-  
re vocari, gratis tantis gratiæ Aposto-  
licæ prærogatiuis sublimari, ut merear  
accensii secundarijs fundamentis

Prou. 16.

Ador. I.

Ecclesiæ militantis, assessoribus futu-  
ris Christi Iudicis, Principibus curiæ  
triumphantis! Similem gratiam diui-  
næ prouidentiæ & bonitatis te ad sta-  
tum Apostolicæ perfectionis ab æter-  
no eligentis, & in tempore vocantis,  
tibi gratis collatam grato humilique  
animo agnosce, reuerere, gratias age,  
& cooperari statue. Admiratio, gra-  
titudo, amor, zelus cooperandi gratiæ  
vocationis.

II. Quomodo tam gratuitæ gratiæ  
gratum se exhibere B. Matthias stu-  
duerit, 1. Cum intimo humilitatis  
sensu eam sibi immerenti, præ tot alijs  
ex gratuita misericordia exhibitam a-  
gnoscendo, & cum casto & filiali ti-  
more, ne eadem gratia, qua Iudas cul-  
pa sua exciderat, se redderet indignū,  
pauendo & cauendo. 2. Intimo gra-  
titudinis affectu hoc tam singulare be-  
neficium maximi æstimando, liberali-  
tatem largitoris medullitus magnifi-  
cando; & eximio perfectissimè illi  
gratificandi studio compensare desi-  
derando. 3. Ardenti zelo propriæ per-  
fectionis & salutis proximorum cum  
summa omnium virium mentis & cor-  
poris cōtentione promouendæ. 4. In-  
satiabili zelo diuinæ gloriæ propagan-

dæ, & Euangelicæ veritatis longè latere per Iudæam Æthiopiamq; predicandæ s. Simili zelo martyrij consequendi, contra pertinaces & perfidos Iudæos Christi crucifixi gloriam constanter propugnando, fortiterque pro amore eiusdem non solum contumia, falsasque accusationes perferendo, sed corpus lapidibus imperendum, caputque securi feriendo generosè offerendo. Congratulatio de tam heroicis eius virtutibus, & zelus eas simulandi.

**III.** *Quomodo eundem Deus glorificari*; in hac quidem vita tot miraculis eius sanctos conatus comprobando, tot gratijs & consolationibus cumulando, tam gloriosam martyrij palam illi offerendo; In altera vero repositam iustitiae coronam, & quidem tanto Apostolo & Martyre dignam, cum insigni de tot à se conuersis gaudio retribuendo. Congratulatio, post gloriæ, & feraur eam promerendi.

**25. Mari.** *In festo Annuntiat. B. V. vide l. part. med. hebdom. 1. Aduentus. Medit. de Decreto Incarnationis 2. Ep. 3. Et hebdom. 3. Aduentus medit. 3. 4. 5. Ep. 6.*